



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Miraculum S. Dei genitricis contra Gaianum Mimum qui eam in theatro
blaphemabat. Capvt XLVII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

novi hunc esse sanctæ Dominæ nostræ Dei genitricis, semperq; virginis Mariæ inimicum. Tunc surgens abij, librumq; illi qui mihi eum accõmodauerat, reddidi, dicens illi: Accipe librum tuum, frater, neq; enim ex eo tantũ utilitatis cœpi, quantum detrimenti. Cũ verò ille detrimenti ipsius causam sciscitaretur, omnem illi rei ordinẽ retuli. Qui zelo Dei succensus protinus duos illos Nestorij librosex volumine præscidit, eosq; 2 igni tradidit dicens: Non manebit in cella mea Dominæ nostræ S. Dei genitricis, semperq; virginis Mariæ inimic⁹.

1 *Ecce quomodo etiam sanctissima Dei Genitrix hereticum hominem auersatur.*

2 *Huius sancti viri exẽplo edocemur, hereticorum libros comburi debere.*

Miraculum S. Dei genitricis contra Gaianum Mimum qui eam in theatro blasphemabat.

CAPVT XLVII.

Heliopolis Phœnicis ciuitas est. In hac Mimus quidam erat, Gaianus nomine. Qui in theatro sanctã Dei genitricẽ blasphemans, populo spectaculum blasphemie præbebat, apparuit autẽ illi sancta Dei genitrix, dicens: Quid tibi mali feci, quia corã tanta multitudine, mihi detrahis, & blasphemas me? Ille verò surgens, nõ solum nõ se correxit verũ etiam pl⁹ blasphemabat. Rursus ergo apparuit illi sancta Dei genitrix corripiens eũ, ac dicens: Noli quẽso, noli, ita lædere animã tuam. Ille verò rursũ deterius illã blasphemabat. Vnde ipsa tertio eidẽ apparẽs, eadẽ repetebat. Cum autẽ se ille non corrigeret, sed plus quoq; blasphemijs adijceret, meridie dormienti sibi apparuit, nihilq; dicens, digito solo signauit ei⁹ man⁹, & pedes. Euigilans autẽ, inuenit se truncatũ manib. & pedib. Atq; ita infelix vt trũcus inutilis iacens, confitebatur õnib, cuius

cuius rei gratia, quomodo hoc passus esset, videtur propter blasphemias suas clementer cruciatus fuisse.

1 *Habes quomodo adest diuina vltio blasphemanti sanctam Dei Genitricem. Habes quanta sit eius potestas. Habes quod, cum appareat, loquatur, & tangere non potest dici mortua.*

Miraculum item Sanctæ Dei Genitricis quo Cosmiana vxor Germani Patricij coacta est ex heresi Seueriana ad veram Christi fidem redire.

C A P V T. XLVIII.

Narrauit nobis Anastasius presbyter, & nomen eorum sanctæ resurrectionis Dei, & Domini nostri Iesu Christi custos, quæ adueniens illuc Cosmiana vxor Germani Patricij voluit nocte quadam sanctæ Dominicæ solâ adorare sanctum Domini nostri Iesu Christi, vultumque monumentum. Et cum appropinquaret ianux sacrarum, apparuit illi visibiliter Dominus nostra sancta Dei genitrix, cum alijs quoque mulieribus dicens: Quomodo cum nostra non sis, hanc audes ingredi? Et prohibebat eam. Neque enim inquietabat) nostra es. Erat enim de heresi Seueri accephali. Illa verò multum rogabat, ut mereretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens ait: Crede mihi, mulier, non ingredieris huc, nisi nobiscum communicaueris. Agnito autem quod quia esset hæretica, ingredi prohiberetur quod nisi 4 accederet ad S. Cathol. & Apostol. Ecclesiæ Christi Domini, & Dei nostri, interare non permitteretur, continuo accersito diacono orauit sanctum calicem sibi afferri. Quo allato, sumpsit sacrum corpus,